



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

27 Clerici minus idonei absque praevio examine promoti, ab Episcopis ad tempus suspendi, & interdici possunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

presbyteratus ordinem, ut per sacram congregat. fuit decisum sub dict. cap. 2. sub titul. Aceruen. S. potest Episcopus.

23 Susceptione ¶ ordinum pluribus modis huiusmodi incurritur pœna.

24 Primò, cum ante legitimam ætatem sacris ordinibus quis promovetur, & licet sit minor, ¶ tamen recipit ordines, & dummodò sit doli capax, obligatur voto continentia ordini annexo, cap. pueri, & ibi gloss. 1. & 2. 1. quest. 1. & cap. unio, & ibi gloss. in ver. discretionis, de cler. per salt. promot. sed suspenditur ordinum executio, cap. vel non est compos, & ibi Abb. numer. 3. de temp. ord. irò est ipso jure suspensa, & si huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus quis ministrare præsumpsit, eo ipso irregularitatis pœnam incurrit, de qua in constit. Pij II. in Bull. Rom. c. 6.

25 Secundò, ¶ quando sine sui Præsulis licentia ab alieno Episcopo quis ordinatur, cap. quod translationem, eodem tit. cap. 1. & 2. 9. quest. 2. cap. 1. & 2. 21. qu. 2. cap. 1. & 2. de temp. ordin. in 1. Et tunc ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, taliter promoti sunt ipso jure suspensi, ex disposi-

26 tione sac. concil. Trident. ubi inquit, ¶ Et quoniam nonnulli Episcopi ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, clero carentes, & populo Christiano, cum ferè vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant, non quæ Jesu Christi, sed alienas oves in seio proprio pastore quærentes, dum per hanc Sanctam Synodum se pontificalia officia in alterius diocesi, nisi de loci Ordinarij expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subje-

ctas tantùm, exercere, prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum quasi Episcopalem cathedram in loco nullius diocesis sua temeritate eligunt, & quocumque ad se venientes etiam si suorum Episcoporum, seu Prælatorum litteras commendatitias non habeant, clericali characterè insignire, & ad sacros etiam presbyteratus ordines promovere præsumunt: quo plerumque fit, ut minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui à suo Episcopo, tanquam inhabiles, & indigni rejecti fuerunt, ordinati, nec divina officia peragere, nec ecclesiastica sacramenta rectè valeant ministrare; nemo Episcoporum, qui titulares vocantur, etiam si in loco nullius diocesis etiam exempto, aut aliquo monasterio cujusvis ordinis resideriat, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quocumque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum etiam prætextu familiaritatis continuæ cõmentalitatis suæ, absq; sui proprij Prælati expresso consensu, aut litteris dimissoriis ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promovere, seu ordinare valeat, contrafaciens ab exercitio pontificalium per annum, taliter verò promoti ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso jure sint suspensi, cap. 2. de re for. sess. 14. & in suspensione celebrando irregularitatis pœnam incurrun, Pius II. ead. constit. 6.

27 Tertiò, ¶ minus idonei absque præcedenti examine, & commendatitiis litteris promoti, à susceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo Episcopo ordinario videbitur, suspendi, & ne in altari, aut aliquo ordine ministrent,

Yyy inter

- interdici possunt, *capit. 3. eadem sessione.*
- 28 † Quando autem suspensio ipso jure incurritur, ministrans in ordine, aut celebrans efficitur irregularis, *cap. 1. in de sentent. excommunic. in 6. Abb. in cap. si celebrat, num. 4. vers. suspensus majori, de cler. excommunic. ministr. Felyn. in cap. Apostolic. num. 16. in fin. vers. & scias, de except. & Tolet. in instr. Sacerd. cap. 45. sub numer. 2.*
- 29 Quarto, † qui se ingerit in multitudine ordinandorum, ut ab Episcopo pluribus præoccupato sine examine ordinetur, ordines furtivè suscipiendo, ut per gloss. in *cap. 1. in verb. furtivè, de eo qui surr. ord. suscip. & ibi Abb. in rubr. & in cap. 1. numer. 1. & cap. Lugdunen. 9. question. 2. pœnam excommunicationis, quæ regulariter auctoritate ordinaria ante ordinationem intimatur, & promulgatur, incurrit, de qua in eodem capit. 1. & Abb. numer. 4.*
- 30 Quinto, † cum præposterè quis ordinatur puta ad diaconatum, priusquam esset subdiaconus, quia, licet character imprimaatur, *cap. un. & ibi gloss. in ver. ministrare, de cleric. per salt. promot. † tamen est ei interdicens administratio, donec ad priorem ordinem, quem non suscepit, promoveatur, cap. sollicitudo, 76. distinct. Et taliter promotus in præposterato ordine ministrans scienter, incidit in pœnam tituli de cler. non ordin. ministr. & non potest cum eo, nisi per Sedem Apostolicam, dispensari, Hostien. in summ. de cler. per salt. prom. s. ult. in fin. & Navar. in cap. 27. nu. 34. 242. tom. 3.*
- 32 Sexto, † per promotionem à simoniaco, quo casu promotus, licet recipiat ordinem, non recipit tamen illius executionem, Hostien. in summ. de temp. ord. s. & à quo, numer. 6. & 7. vers. quid si signorem. Eandemque pœnam incurrit, qui simoniacè ordinatur, ut est text. in c. 2. s. 1. in fin. in extravag. com. de simo. & Grass. decis. aur. cap. 98. num. 5. par. 1. lib. 2. ubi per illam extravag. post Navar. cap. 23. num. 111. vers. quarto, & quinto, lib. 3. tenent, quod simoniacè promotus est excommunicatus.
- 33 Septimò, † qui, cum patrimonium non haberet: fictè, non autem realiter, à parente, vel amico, patrimonium sibi obtinuit assignari, ut ad subdiaconatus ordinem posset promoveri, & est ipso jure suspensus, nec ad superiores ascendere potest, nisi secum fuerit dispensatum, *cap. perpetuas, num. 5. Nemo enim potest ad ordines sacros promoveri, nisi beneficium ecclesiasticum, aut patrimonium, vel pensionem habeat redditus competentis, eorum ex quibus fructibus commodè vivere possit, c. Episcopus, c. suis de præb. & dign. c. sanctorum, 70. dist. c. si Episcopus de præb. in 6. & concil. Tridentin. in cap. 2. de resor. sess. 12. titulus autem hujus patrimonij debet esse verus, cum non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere: competuntque sit, complures plerisque in locis ad sacros ordines nullo ferè delectu admitti, qui variis artibus, ac fallaciis constringunt, se beneficium ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere, Unde statuit sancta synodus, † ne quis deinceps clericus secularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, & scientia, & ætate, ad sacros ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium ecclesiasticum, quod*